



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXXVI. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Lehnin Arendsee und Tribustdorf, Bredewisch, Wandelitz, Stolzenhagen, Neuenhof, Waltersdorf, Klosterfelde, Schönerlinde, Sommerfeld und ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XXXV. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Lehnin das Dorf Mösferitz, das dieses von den Lehnsträgern des Markgrafen, denen von Blotho, und deren Aftterlehnsleuten, denen von Stendal, erkaufft hat, am 17. Juni 1241.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et Otto germanus ejus, dei gratia Brandenburgenses marchiones. Quecunq; caritatis opera ita provide et legitime fieri debere discernuntur ut ex ipsis, quantum caveri potest, nulli occasio detur offensiois et locus calumpniandi. Nos igitur rationis hujus formam attendentes notum facimus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod Johannes et Gevehardus, germanus ejus, de Plote villam nomine Mösferitz, quam a nobis in pheidum habebant, contulerunt Hinrico et fratribus ejus de Stendal jure pheidali, verum predicti fratres de Plote, Johannes videlicet et Gevehardus una cum Hinrico jam dicto et fratribus ipsius de Stendal villam jam memoratam Moseritz sub tali forma nobis resignaverunt, ut eam dictis fratribus nostris de Lenyn cum jure proprietatis in possessionem legitimam cum aquis et pratis et omnibus suis attinenciis conferremus. Villam vero Moseritz fratres de Lenyn emerunt ergo viros supradictos pro centum marcis et viginti. Nos ergo huic facto consentum prebentes, villam jam sepius recitatam, Moseritz nomine, contulimus perpetue virgini dei genitrici Marie fratribusque de Lenyn donatione perpetua cum omnibus suis proprietatibus, exemptam ab omni jure advocacie Budellorum nostrorum et a jure, quod dicitur Herschilt, et liberam ab omni qualicunq; nostro servicio. Ea propter ut hec rata et inconvulsa impostero perseverent, duximus ea sigillorum nostrorum appensione communire, fidele testimonium tam secularium quam spiritualium personarum adhibentes, Quorum ista sunt nomina; Rodericus Abbas de Cenna, ffromoldus monachus de Cenna, magister Ludolphus, notarius noster, et Johannes, capellanus noster, hinricus de Stegelitz, Baldwinus tryft, Nicolaus de Blumen-dal et alii quam plures milites et clientes. Acta sunt hec anno gracie millesimo CC^o XL primo, indictione XIII, epacta sexta, concurrente primo, XV Kalend. Julii.

Nach einer Copie im alten Lehniner Aktenstück.

XXXVI. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Lehnin Arendsee und Tribustorf, Bredewisch, Wandelitz, Stolzenhagen, Neuenhof, Waltersdorf, Klosterfelde, Schönerlinde, Sommerfeld und Arnstorf, im Jahre 1242.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et Otto, germanus eius, dei gratia marchiones Brandenburgenses in perpetuum. Quum priorum memoriam posterius difficile retinent, vtili cautela procuratam est et necessarie compertum, ut super donationibus vel reemptionibus seu permutationibus Instrumenta conficiantur autentica, quibus cum oportunum fuerit veritas comprobetur et dubii questio de medio tollatur. Qua propter notum esse volumus omnibus tam presentibus quam futuris, quod dilectis fratribus nostris de lenin vendidimus villam nomine Arnesse et Tribustorf cum stagno, quod vocatur Loziliz et omnibus suis adiacentiis pro centum et sexaginta duobus marcis: villam Bredewisch et Wandelitz et dimidietatem ville stolzenhagen cum suis adiacentiis vendidimus predictis fratribus de Lenin pro centum et quinquaginta

marcis: pro possessionibus, quas supradicti fratres de Lenin habebant ex donatione Patris nostri Alberti Marchionis Brandenburgensis circa montem, qui Hangende berg dicitur, commutauimus eis Nighenhof, Wolterstorp, Closterueld, Schonerlinde, cuius termini inter Buckholtz et eandem villam se extendunt usque in Santhforth cum omnibus attinentiis suis: pro quinque choris salis, quos habebant in thelonio in Brandenburg, commutauimus eisdem fratribus de Lenin viginti mansos cum omni iure in Bredewisch: villam vero Sommerfeldt cum quadraginta mansis contulimus perpetue Virgini dei genitrici Marie in Lenin in nostrarum remedium animarum. Preterea Henricus de Stegelitz et filius fratris eius nomine Henricus villam Arnestorp cum omnibus ipsius adiacentiis et molendino, et duos choros siliginis et sex modios in Hennikes Molne assignauerunt sancte Dei genitrici Marie in Lenin donatione perpetua, quam donationem nos ratam habentes contulimus eorundem honorum proprietatem cum omni utilitate fepectis fratribus de Lenin. Vt igitur hec rata et inconuulsa in posterum permaneant, et bona denominata, que supra dicti fratres de Lenin in presentiarum iustissime ac liberrime possident, ab omni iure aduocatorum et bedellorum nostrorum et a iure, quod dicitur Herschilt, et ab omni qualicumque seruitio nostro exempta dinoscantur, duximus ea sigillorum nostrorum appensione comunire, fidele testimonium tam spiritualium quam secularium personarum adhibentes, quarum ista sunt nomina: Rothgerus episcopus Brandenburgensis, Petrus Prepositus eiusdem loci, Rodericus abbas de Cenna, Prepositus Henricus de Nauen, Johannes notarius Curie, Bertoldus de Velberg, Willikinus de Tornow, Conradus de Widenfe, Gerardus de Kerkow, Cristoforus Meise, Conradus Meise, Henricus de Selchow, Theodericus aduocatus de Spandow et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M^o CC^o XLII, epacta VIII, concurrente secundo.

Aus dem Lehniner Copialbuche des Geh. Min.-Archivs.

XXXVII. Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloster Lehnin für 300 Mark das Dorf Zehendorf mit dem Wendischen Orte Slatdorp und den Seen Slatsee und Tufen, im Jahre 1242.

Villa Cedelendorp cum omnibus suis pertinentiis, videlicet villa Slaucali, que Slatdorp dicitur, et duobus stagnis Slatse et Tufen et silua predictae ville adiacente pro CCC marcis vendiderunt Johannes et Otto Marchiones Brandenburgenses. Anno 1242.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. Gerken VII, 329.